Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35165
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

amplexibus renovare / quem ipsa per sui laboris indu-
stria de improbitate ad summum curialitatis ac probitatis
adduxit decorem. Huius aut ac tenorem in hoie
illa sibi mulier credit / quem ipsa cum morum probi-
tate destitutum sibi reddidit prudentem et sollicitum morum
probiorem et morum consideratione compositum

Item quedam domina dum eius amator etiam
ultra marinam expeditionem duceret resideret
et quasi ab omnibus eius desperaret adventus, aliud
querat amatorem. Cuiusdam vero secretarius prioris coa-
mantis nimium condolens de mulieris fide sub-
lata novum sibi condicat amorem. Cui mulier
nolens consentire consilio tali se defensione tuetur.
Dicit enim licet femine que morte viduatur amantis alium
post biennii metas amare multo magis debet
mulieri licere que vivo viduatur amante et que nullius
nuncii vel scripture transmisse potitur / a longo tempore
visione gaudere maxime ubi nunciorum copia non
deerat. Cum super hoc negotio longa esset utrimque
altercatione certatum in arbitrio comitisse Campanie
convenisse. Que quidem hoc certamen tali iudicio dif-
finivit. Dicit enim non rite agit amatrix si
propter amantis absentiam longam suum deliberat amorem
non primitus ipsum suo destitisse amore vel amantium
fidem fregisse cognovit manifeste. Si quum amator
abest necessitate cogente / vel quum eius absentiam
ex tam dignissima laude. Nihil enim maius
gaudium debet amatricis animo recitare quam si

96